Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Nicolaus Eps. S. Asella V. S. Dionysia & Soc MM 6. Dec.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

1 S Nicoleus *Myrenſis* Eps in Aſia diuino inſtinctu electus, diuina ratione populum ſibi creditum pauit ut paſtor fidelis. ſacra loca orando inuiſere, pauperum miſereri, Chriſtum docere, exilia & carceres pro eiuſdem nomine pati, iugis erat illi occupatio. cumq; pace reddita Eccleſijs primo Concilio Niceno interfuiſſet A. 343 deceſſit corpus eius Barium in Italiam auectum ab infantia Chriſto ſacrũ ibidem miraculis claret ab A 1087.

2. S Aſella V. Nobilis Romana decennis torquem auream ad ornandã ſeſe datum vendens, eius pretio veſtem nigri coloris emit, eamq; depoſitis precioſis induit, ſeq; in cubiculo paternæ domus, quaſi in eremo concluſit. Tanta fuit abſtinentia, ut ſæpe triduum cibo abſtineret, oratione tã prolixa ut callũ genibus obduxerit.

3 B. Dionyſia, Datiua & Leontia in perſecutione Wãdalica paſſæ ſunt.

S. Nicolaus Eps. S. Aſella V. S. Dionyſia & Soc MM 6. Dec.

Eleemoſyna.

In anguſtiis Deus illum clamantem audiet, qui pauperem, cum clamaret, audiuit. Chryſolog.

Deus, qui B Nicolaum Pont. innumeris decoraſti miraculis: tribue quæſumus, ut eius & *S. Aſellæ V. SS.* Dionyſiæ & Sociorum meritis & præcibus à gehennæ incendiis liberemur per D N Jeſ. &c.

Ora pro Pauperibus, &